# EUCLIDIS

# OPERA OMNIA.

EDIDERUNT

I. L. HEIBERG ET H. MENGE.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIII.

# EUCLIDIS

# ELEMENTA.



EDIDIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

**I. L. HEIBERG,**

DR. PHIL.

## UOL. I.

LIBROS I—IV CONTINENS.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEFATIO.

Elementa Euclidis paene per tria saecula pro fundamento critico solam editionem principem habuerunt, quae prodiit Basileae a. 1533; nam Gregorius in elementis totus fere ab illa editione pendet. quod fundamentum quale fuerit, inde intellegitur, quod editio Basileensis pro consuetudine illius temporis ad fidem paucissimorum nec optimorum codicum facta est, cum tamen elementorum tot exstent codices antiquissimi et praestantissimi, quot haud facile cuiusquam scriptoris Graeci. itaque initio nostri saeculi Peyrardus optime de elementis meritus est, quod unum saltem codicem antiquum et eum omnium praestantissimum, quippe qui recensionem Theone antiquiorem contineret, in editione Basileensi emendanda adhibuit. hunc codicem e latebris Uaticanis protraxisse praestantiamque eius agnouisse, gloria est Peyrardi haud parui aestimanda. sed neque ubique recto firmoque iudicio in uera scriptura eligenda usus est, in primis quia bonis codicibus recensionis Theonis caruit, neque inuentum suum tenuit recteque aestimauit. huc adcedit, quod editio eius et inhabilis et his temporibus perrara est; nec ii, qui post Peyrardum elementa ediderunt, subsidia critica auxerunt neque omnino rem ita egerunt, ut textus elementorum satis certo et ad usum prompto fundamento niti uideri possit. de ceteris scriptis Euclidis multo etiam peius actum esse, satis constat.

Quae cum a multis intellegi uiderem, Archimedi Euclidem adiungere constitui, et ut hunc laborem, quem iam diu animo uoluebam, tandem aliquando susciperem, eo magis impellebar, quod editionem Archimedis ab hominibus doctis beneuolenter adcipi, et erroribus, quos in primitiis illis uitare non potuissem, indulgeri uidebam, et usu edoctum me iam meliora praestare posse sperabam.

Sed statim apparuit, neque res rationesque neque uires meas toti operi, quod mihi proposueram, sufficere. tot codices conferendi erant, tot bibliothecae itineribus longinquis adeundae. itaque Henricum Menge, u. d., quem sciebam et ipsum in Euclide occupatum esse, interrogaui, uelletne partem operis suscipere. adnuit, et ita inter nos comparatum est, ut ille Data, Phaenomena, scripta musica, ego Elementa, Optica, Catoptrica ederem, et ut codices coniuncta opera conferremus. sed sic quoque in elementis e magna copia subsidiorum pauca eligere coactus sum. nam cum uix ulla sit minima bibliotheca, in qua non adseruetur codex aliquis elementorum, inde ab initio de omnibus codicibus conferendis aut certe inspiciendis desperandum erat. uellem equidem licuisset pluribus codicibus uti, sed ut aliquo tamen modo paucis, quos contuli, contenti esse possimus, facit et singularis ratio, qua nobis tradita sunt elementa Euclidis, et uetustas et bonitas codicum a me usurpatorum. nam satis notum est, plerosque omnes codices e recensione Theonis fluxisse, et Uaticanum Peyrardi solum fere antiquiorem formam seruasse. quem fructum ex hoc casu singulari capere liceat, et quam rationem critices factitandae inde sequi putem, pluribus exposui in libro, qui inscribitur Studien über Euklid p. 177 sq. hoc quidem statim adparuit, primum omnium codicem Uaticanum, e quo Peyrardus ea sola enotauerat, quae ei memorabilia uidebantur, quamuis ipse aliter praedicet, denuo diligenter esse conferendum et praeterea ex reliquis codicibus tantum numerum, ut ueri similiter de scriptura Theonis iudicari posset. qua in re codices Bodleianum, Laurentianum, Uindobonensem sufficere putaui, praesertim cum animaduerterem, eos a palimpsesto codice saeculi VII uel VIII, qui in Museo Britannico adseruatur, non admodum discrepare. hos codices pro fundamento habui, sed ad eos in partibus quibusdam operis alii adcesserunt et, ut spero, adcedent, uelut in hoc primo uolumine Parisinus quidam et in primo libro Bononiensis. hunc ne totum conferrem, prohibuerunt temporis angustiae, sed spes mihi est, me breui partem reliquam conferre posse; nam in libris stereometricis hic codex maximi momenti est. de ceteris subsidiis nouis, sicut de codicibus operum minorum, in praefationibus singulorum uoluminum dicetur.

Confiteor igitur fieri posse, ut inter codices nondum collatos lateat thesaurus aliquis (neque enim omnes recentiores sunt nec recentiores semper spernendi), qui mea subsidia uel aequet uel etiam superet. sed cum non maxime sit ueri simile, haec, qualiacunque sunt, nunc edere malui, quam opus in infinitum differre.

De consilio meo satis dictum. de forma ac specie editionis sufficit commemorare, eandem me secutum esse quam in Archimede edendo. nam quamquam uidebam, Latinam interpretationem meam a nonnullis improbari, tamen hic quoque Latinam Francogallicae Germanaeue aut nulli praetuli; nam interpretationem mathematici flagitant, et Latina a pluribus legi potest. praeterea res ipsae tritiores interpretandi molestiam leuiorem reddunt in Euclide quam in Archimede. notas perpaucas addidi, quia perpaucis in Euclide discentibus consulenti opus est, si solam intellegentiam uerborum tenorisque demonstrationis spectes. nam commentarium, cuius hic quoque ingens est materia, scribere nolui. quarto uolumini copiosiora prolegomena praemittentur, quibus historia textus elementorum illustrabitur. eodem congeram, quae de subsidiis deterioribus collegi; nam perspicuitatis causa ea ab adparatu critico removenda erant, in quo iis tantum codicibus usus sum, quos supra commemoraui. eos his litteris significaui:

P — cod. Uatican. Gr. 190 Peyrardi saec. X, membran. hic illic manus recentissima litteras tempore euanidas renouauit, quam littera $\pi$ significaui, ubi parum recte scripturam antiquam reddere uidebatur. libros IV—IX ipse contuli Romae 1881, librum II et partem tertii Mengius; primum et reliquam partem tertii Augustus Mau u. d. beneuolenter conferenda suscepit.

B — cod. Bodleian. Doruillian. X, 1 inf. 2, 30, scr. a.

888, membran. libros I—VII ipse contuli Oxoniae 1882.

F — cod. Florentin. Laurentian. XXVIII, 3 saec. X, membran. in hoc quoque codice scriptura antiqua saepe manu saeculi XVI renouata est, quae eadem multa folia foliorumue partes resarcinauit et ultimam partem codicis totam suppleuit. eam significaui littera $\varphi$, ubicunque antiquam scripturam uel uitiauit uel ita obscurauit, ut dignosci non posset. totum codicem ipse contuli Florentiae 1881.

V — cod. Uindobon. Gr. 103 saec. XI—XII, membran. partem ultimam in charta bombycina suppleuit manus saeculi XIII. totum contuli ipse Hauniae 1880.

b — cod. bibliothecae communalis Bononiensis numeris 18—19 signat., saec. XI, membran. librum I contuli et alios nonnullos locos inspexi Florentiae 1881.

p — cod. Parisin. Gr. 2466 saec. XII, membran. librum I contuli Parisiis 1880, libros II—VII Hauniae 1882.

---

Restat, ut grato officio fungar iis uiris gratias quam maximas agendi, qui labori meo fauerunt. primum ut itinera Parisios et in Italiam toties facere possem, effectum est eximia liberalitate summi Ministerii, quod cultui scholisque nostris praeest, et instituti Carlsbergici, litteras scientiamque largiter adiuuantis. etiam praefectis bibliothecarum Uin-

dobonensis, Parisinae, Bononiensis plurimum debeo, quod codices a se adservatos meum in usum alio transmitti siuerunt, item praefectis bibliothecae regiae Hauniensis et bibliothecae Laurentianae, quibus intercedentibus hunc fauorem adeptus sum. Carolo Graux, quocum magnam partem itineris Italici a. 1881 communiter feci, et qui me in codicum aetatibus definiendis ceterisque rebus palaeographicis, in quibus cedebat nemini, egregie adiuuabat, quominus hoc loco gratias debitas agerem, prohibuit fatum nobis amicis eius superstitibus scientiaeque iniquissimum.

Scr. Hauniae mense Aprili MDCCCLXXXIII.

# ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

## α'.

### Ὅροι.

α'. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν.

β'. Γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές.

γ'. Γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα.

δ'. Εὐθεῖα γραμμή ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται.

ε'. Ἐπιφάνεια δέ ἐστιν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει.

ϛ'. Ἐπιφανείας δὲ πέρατα γραμμαί.

ζ'. Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου ταῖς ἐφ' ἑαυτῆς εὐθείαις κεῖται.

η'. Ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστὶν ἡ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας κειμένων πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσις.

θ'. Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν γραμμαὶ εὐθεῖαι ὦσιν, εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.

ι'. Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφ-

---

1. Hero def. 2. Ammonius in categ. p. 43. 66. Psellus p. 34. cfr. Philoponus in phys. fol. $6^{r}$. Martianus Capella VI, 708. Boetius p. 374, 1. 2. Sextus Emp. p. 466, 27. 470, 24. 704, 28. Hero def. 3. Philoponus in phys. fol. $6^{r}$. Ammonius in cat. p. 66. Martianus Capella VI, 708. Boetius p. 374, 2. 3. Boetius p. 374, 3. 4. Hero def. 5. Sextus Emp. p. 716, 28. 717, 10. Philoponus in anal. II fol. $4^{v}$, fol. 15. Psellus p. 34. Boetius p. 374, 5. 5. Hero def. 9. Boetius p. 374, 6. 6. Boetius p. 374, 7. 7. Hero def. 11. Psellus p. 35. Boetius p. 374, 7. 8. Hero def. 16. Psellus p. 35. cfr. Sextus Emp. p. 718, 12. Boetius p. 374, 10. Martianus Capella VI, 710.

# I.

## Definitiones.

I. Punctum est, cuius pars nulla est.

II. Linea autem sine latitudine longitudo.

III. Lineae autem extrema puncta.

IV. Recta linea est, quaecunque ex aequo punctis in ea sitis iacet.

V. Superficies autem est, quod longitudinem et latitudinem solum habet.

VI. Superficiei autem extrema lineae sunt.

VII. Plana superficies est, quaecunque ex aequo rectis in ea sitis iacet.

VIII. Planus autem angulus est duabus lineis in plano se tangentibus nec in eadem recta positis alterius lineae ad alteram inclinatio.

IX. Ubi uero lineae angulum continentes rectae sunt, rectilineus adpellatur angulus.

X. Ubi uero recta super rectam lineam erecta

---

9. Hero def. 17. Boetius p. 374, 12. 10. Hero def. 19. Ammonius in categ. p. 58. Simplicius in Aristot. de coelo fol. $131^{\mathrm{v}}$. Philoponus in phys. i IIII, in anal. II fol. $28^{\mathrm{v}}$, p. 65. Psellus p. 36. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 14.

---

Numeros definitionum om. PFBb. 1. *οὐδέν* F, Psellus, Ammonius p. 66. 6. *ἔχει μόνον* B. 11 *δέ*] supra comp. scriptum b. *ἐπιπέδῳ*] *ἐπίπεδος* π. 13. Ante *πρός* ras. unius litterae PF. 14. *δέ*] *δ'* B. *τὴν γωνίαν περιέχουσαι* Proclus; *τὴν εἰρημένην γωνίαν* P. 15. *ἡ γωνία καλεῖται* Proclus.

ἑξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν ἐστι, καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται, ἐφ᾽ ἣν ἐφέστηκεν.

ια΄. Ἀμβλεῖα γωνία ἐστὶν ἡ μείζων ὀρθῆς.

ιβ΄. Ὀξεῖα δὲ ἡ ἐλάσσων ὀρθῆς.

ιγ΄. Ὅρος ἐστίν, ὅ τινός ἐστι πέρας.

ιδ΄. Σχῆμά ἐστι τὸ ὑπό τινος ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον.

ιε΄. Κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον [ἣ καλεῖται περιφέρεια], πρὸς ἣν ἀφ᾽ ἑνὸς σημείου τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι [πρὸς τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν] ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

ιϛ΄. Κέντρον δὲ τοῦ κύκλου τὸ σημεῖον καλεῖται.

ιζ΄. Διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἐστὶν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας, ἥτις καὶ δίχα τέμνει τὸν κύκλον.

ιη΄. Ἡμικύκλιον δέ ἐστι τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῆς διαμέτρου καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ᾽

---

11. Hero def. 21. Ammonius in categ. p. 58. Psellus p. 36. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 18. 12. Hero def. 20. Ammonius l. c. Psellus l. c. Martianus Capella l. c. Boetius p. 374, 19. 13. Philoponus in Aristot. de anima fol. a 2. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 22. 14. Hero def. 25. Schol. in Hermog. VII$^2$ p. 903. cfr. Philop. ad Aristot. de anim. h. 7. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 21. 15. Hero def. 29. Taurus apud Philop. in Proclum VI, 21. Sextus Emp. p. 719, 16. Philopon. in anal. II fol. 28$^v$, cfr. fol. 4$^v$, 9$^v$, 29$^r$, 53$^r$. Psellus p. 38. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 375, 3. 16. Psellus p. 38. Martianus Capella VI, 711. Boetius p. 375, 6. 17. Hero def. 30. Psellus p. 38. Martianus Capella VI, 711. Boetius p. 375, 7. 18. Hero def. 31. Mart. Capella VI, 711. Boetius p. 375, 12.

angulos deinceps positos inter se aequales efficit, rectus est uterque angulus aequalis, et recta linea erecta perpendicularis adpellatur ad eam, super quam erecta est.

XI. Obtusus angulus est, qui maior est recto.

XII. Acutus uero, qui minor est recto.

XIII. Terminus est, quod alicuius rei extremum est.

XIV. Figura est, quod aliquo uel aliquibus terminis comprehenditur.

XV. Circulus est figura plana una linea comprehensa, ad quam quae ab uno puncto intra figuram posito educuntur rectae omnes aequales sunt.

XVI. Centrum autem circuli punctum illud adpellatur.

XVII. Diametrus autem circuli recta quaedam est linea per centrum ducta et terminata utrimque ambitu circuli, quae quidem linea circulum in duas partes aequales diuidit.

XVIII. Semicirculus autem ea est figura, quae

---

1. *ὀρθή ἐστιν ἑκατέρα* omisso *ἐστι* lin. 2 BFV, Simplicius, Philoponus in anal. II p. 65, Psellus. scripturam receptam praebent Pbp, Proclus, Hero, Ammonius, Philoponus in phys. i IIII. cfr. prop. 11, 12. 2. *ἴσων*] om. Ammonius, Philoponus in phys. l. c., Psellus, Martianus Capella, Campanus. *εὐθεῖα*] *γραμμή* Proclus, BV; om. Ammonius. Deff. XI—XII permutant Hero et Ammonius. 6. *ιγ'*] *ιδ'* V et sic deinceps. Deff. XIII—XIV permutat Boetius. 7. *ἐστι*] *δέ* Fbp. 10. *ἣ καλεῖται περιφέρεια*] om. Proclus, Taurus, Sextus Emp., Philoponus, Boetius; habent praeter codd. Hero, Psellus, Capella, Campanus. 12. *προσπίπτουσαι* b, corr. m. 2. *πρὸς τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν*] om. Proclus, Taurus, Hero, Sextus Emp., Psellus, Capella, Boetius; habent codd. (in b erasa sunt), Philoponus, Campanus. 13. *εἰσίν*] PF, *εἰσί* uulgo. 19. *ἐστιν* PF. 20. *τε*] om. B. *καί*] *τε καί* B. *ὑπολαμβανομένης* B.

*αὐτῆς περιφερείας. κέντρον δὲ τοῦ ἡμικυκλίου τὸ αὐτό, ὃ καὶ τοῦ κύκλου ἐστίν.*

*ιθ'. Σχήματα εὐθύγραμμά ἐστι τὰ ὑπὸ εὐθειῶν περιεχόμενα, τρίπλευρα μὲν τὰ ὑπὸ τριῶν, τετράπλευρα δὲ τὰ ὑπὸ τεσσάρων, πολύπλευρα δὲ τὰ ὑπὸ πλειόνων ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα.*

*κ'. Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνόν ἐστι τὸ τὰς τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς, ἰσοσκελὲς δὲ τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς, σκαληνὸν δὲ τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσους ἔχον πλευράς.*

*κα'. Ἔτι δὲ τῶν τριπλεύρων σχημάτων ὀρθογώνιον μὲν τρίγωνόν ἐστι τὸ ἔχον ὀρθὴν γωνίαν, ἀμβλυγώνιον δὲ τὸ ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν, ὀξυγώνιον δὲ τὸ τὰς τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας.*

*κβ'. Τῶν δὲ τετραπλεύρων σχημάτων τετράγωνον μέν ἐστιν, ὃ ἰσόπλευρόν τέ ἐστι καὶ ὀρθογώνιον, ἑτερόμηκες δέ, ὃ ὀρθογώνιον μέν, οὐκ ἰσόπλευρον δέ, ῥόμβος δέ, ὃ ἰσόπλευρον μέν, οὐκ ὀρθογώνιον δέ, ῥομβοειδὲς δὲ τὸ τὰς ἀπεναντίον πλευράς τε καὶ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ἔχον, ὃ οὔτε ἰσόπλευρόν ἐστιν*

---

19. Philop. in anal. II fol. 39r; cf. in Arist. de anim. h 7. Boetius p. 375, 14—21. 20. Hero def. 43. 44. 45. Psellus p. 36. Boetius p. 376, 2. 21. Hero def. 46. 48. 47. Philop. in anal. II fol. 39r. Psellus p. 37. Boetius p. 376, 6. 22. Psellus p. 37. Martianus Capella VI, 712. Boetius p. 376, 14. *ῥόμβος* Galenus XVIII¹ p. 466.

---

1. *αὐτῆς*] *αὐτοῦ* B. *περιφερείας*] *τοῦ κύκλου περιφερείας* PBFV, sed *τοῦ κύκλου* om. bp, Proclus, Hero, Capella, Boetius. *κέντρον δέ* — 2. *ἐστίν* ex Proclo p. 160 addidit August eiecta definitione III, 6, quam omnes codd. hoc quoque loco sic praebent: *τμῆμα κύκλου ἐστὶ τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας ἢ μείζονος ἢ ἐλάττονος ἡμικυκλίου* (*κύκλου ἐστί* om. *φ*; pro priore *ἢ* in BFV est *ἤτοι*; *ἐλάσσονος* P). eandem habet Campanus; contra Capella et

diametro et arcu ab ea absciso comprehenditur: centrum uero semicirculi idem est, quod ipsius est circuli.

XIX. Figurae rectilineae sunt, quae rectis lineis comprehenduntur, trilaterae quae tribus, quadrilaterae quae quattuor, multilaterae quae plus quam quattuor rectis comprehenduntur.

XX. Ex figuris autem trilateris aequilaterus triangulus est, qui tria latera sua aequalia habet, aequicrurius uero, qui duo sola aequalia habet, scalenus autem, qui tria latera sua inaequalia habet.

XXI. Praeterea uero ex figuris trilateris rectangulus triangulus est, qui rectum angulum habet, obtusiangulus, qui obtusum habet, acutiangulus autem, qui tres angulos suos acutos habet.

XXII. Ex quadrilateris autem figuris quadratum est, quod simul aequilaterum est et rectangulum, parte altera longius est, quod rectangulum est neque uero aequilaterum, rhombus autem, quod aequilaterum est neque uero rectangulum, rhomboides autem, quod latera simul et angulos inter se opposita aequalia habet, sed neque aequilaterum est neque rectangulum; re-

---

Boetius et hanc et Procli omittunt; de Herone non liquet (Studien p. 192). 3. *σχήματα εὐθύγραμμα*] Pbp, Proclus; *εὐθύγρ. σχ.* uulgo (*εὐθείγραμμα φ*). *ἐστιν* PF. Def. 19 uulgo in 4 diuiditur; V hinc numeros om. 3. *εὐθειῶν γραμμῶν* Proclus, Boetius. 6. *τεττάρων* B. *εὐθειῶν*] *πλευρῶν* Proclus, Boetius. 8. *ἐστιν* PF. 9. *τὰς δύο*] *δύο* b, Proclus. *μόνον* Proclus. 10. *πλευράς*] om. Proclus. Def. 20 uulgo in 3 diuiditur. 11. *δέ*] P, Proclus; om. b; *τε* uulgo. 12. *ἐστιν* PF. *μίαν ἔχον* V mg. m. 1?, Proclus, Psellus. 13. *μίαν ἔχον* Proclus, Psellus; *γωνίαν μίαν* V mg. m. 1? *τὸ ἔχον* — 14. *δέ* mg. B eadem man. *ὀξιγώνιον φ*. 16. *ὅ ἐστιν ἰσόπλευρόν τε καί* Proclus. *ἐστιν, ὃ ἰσόπλευρόν τε* om. *φ*. *ἑτερόμηκες* bis *φ*. 17. *ὅ*] *τό* Proclus. 20. *ὅ*] om. Fbp. *οὔτε*] *οὔτε δέ* Fbp. *ἐστιν*] om. Proclus.

*οὔτε ὀρθογώνιον· τὰ δὲ παρὰ ταῦτα τετράπλευρα τραπέζια καλείσθω.*

*κγ'. Παράλληλοί εἰσιν εὐθεῖαι, αἵτινες ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι καὶ ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπὶ μηδέτερα συμπίπτουσιν ἀλλήλαις.*

## *Αἰτήματα.*

*α'. Ἠιτήσθω ἀπὸ παντὸς σημείου ἐπὶ πᾶν σημεῖον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.*

*β'. Καὶ πεπερασμένην εὐθεῖαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπ' εὐθείας ἐκβαλεῖν.*

*γ'. Καὶ παντὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι κύκλον γράφεσθαι.*

*δ'. Καὶ πάσας τὰς ὀρθὰς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις εἶναι.*

*ε'. Καὶ ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίας δύο ὀρθῶν ἐλάσσονας ποιῇ, ἐκβαλλομένας τὰς δύο εὐθείας ἐπ' ἄπειρον συμπίπτειν, ἐφ' ἃ μέρη εἰσὶν αἱ τῶν δύο ὀρθῶν ἐλάσσονες.*

---

23. Hero def. 71. Philoponus in anal. II fol. 18$^{v}$. Psellus p. 35. Martianus Capella VI, 712. Boetius p. 376, 23. *αἰτ.* 1—5. Martianus Capella VI, 722. Boetius p. 377, 4. Aspasius apud Simplicium in Arist. de coelo fol. 149: *τὰ πέντε αἰτήματα.* 1. Philop. in anal. II fol. 9$^{v}$. 10. 29. 2. Simplicius in phys. fol. 119. 3. Philop. in anal. II fol. 10. 29. 4. Id. ibid. fol. 10. 5. Id. ib. fol. 10. 29. Proclus p. 364, 14.

---

1. *τετράγωνα* B. 2. *τραπέζεια* b. Def. 21 uulgo in 3, def. 22 in 5 diuidunt. 3. *παράλληλοι δέ* B. *εὐθεῖαί εἰσιν* Proclus, Psellus. 4. *ἐς* V. 5. *συμπίπτειν* P. *ἀλλήλαις* om. F. 6. *αἰτήματα πέντε* V, *αἰτ. ἔστι πέντε* BF, b m. 2. Numeros om. F. 9. *ἐπ' εὐθείας κατὰ τὸ συνεχές* PBFbp;

liqua autem praeter haec quadrilatera trapezia adpellentur.

XXIII. Parallelae sunt lineae, quae in eodem plano positae et in utramque partem productae in infinitum in neutra parte concurrunt.

## Postulata.

I. Postuletur, ut a quouis puncto ad quoduis punctum recta linea ducatur.

II. Et ut recta linea terminata in directum educatur in continuum.

III. Et ut quouis centro radioque circulus describatur.

IV. Et omnes rectos angulos inter se aequales esse.

V. Et, si in duas lineas rectas recta incidens angulos interiores et ad eandem partem duobus rectis minores effecerit, rectas illas in infinitum productas concurrere ad eandem partem, in qua sint anguli duobus rectis minores.

---

receptum ordinem tuentur V, Proclus, Simplicius, Capella, Boetius, Campanus. 10. *ἐκβάλλειν* V. 11. *γράφεσθαι*] codd. omnes et Philoponus; *γράψαι* ex Proclo recepit August. 13. *ἀλλήλαις*] om. V. 15. *εὐθειά τις* P. 17. *ἐλάττονας* Proclus p. 191, 18 (non p. 364). *τὰς δύο*] PBVbp, *δύο* om. F, Proclus bis, Martianus Capella, Boetius, fort. recte. 18. *συμπίπτειν τὰς εὐθείας ἐκβαλλομένας ἐφ'* Proclus p. 364. *συμπίπτειν ἀλλήλαις* PV (*ἀλλήλαις* corr. ex *ἀλλήλας* P). 19. *ἐλάσσονες*] Pp, Proclus p. 364; *ἐλάττονες* uulgo. Dein add. *γωνίαι* FBVb, Philoponus; om. Proclus bis et Pp. In ed. Basil. et apud Gregorium *αἰτ.* 4—5 inter communes notiones (10—11) leguntur (*πᾶσαι αἱ ὀρθαὶ γωνίαι ἴσαι .. εἰσί*; *ἐκβαλλόμεναι αἱ .. εὐθεῖαι .. συμπεσοῦνται*). Post *αἰτ.* 5 in PF et V m. 2 et apud Campanum sequitur: *καὶ δύο εὐθείας χωρίον μὴ περιέχειν.*

## *Κοιναὶ ἔννοιαι.*

α΄. Τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

β΄. Καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἴσα.

γ΄. Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ καταλειπόμενά ἐστιν ἴσα.

[δ΄. Καὶ ἐὰν ἀνίσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἄνισα.

ε΄. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ διπλάσια ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ϛ΄. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ἡμίση ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.]

ζ΄. Καὶ τὰ ἐφαρμόζοντα ἐπ' ἀλλήλα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

η΄. Καὶ τὸ ὅλον τοῦ μέρους μεῖζόν [ἐστιν].

[θ΄. Καὶ δύο εὐθεῖαι χωρίον οὐ περιέχουσιν.]

### α΄.

*Ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.*

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ ΑΒ.

Δεῖ δὴ ἐπὶ τῆς ΑΒ εὐθείας τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

Κέντρῳ μὲν τῷ Α διαστήματι δὲ τῷ ΑΒ κύκλος

---

*Κοιν. ἐνν.* 1—3. Martianus Capella VI, 723. 1. Philop. in anal. II fol. 5. Boetius p. 378, 1. 2. Boetius p. 378, 5. 3. Philop. l. c. Boetius p. 378, 3. 4. Eutocius in Archim. III p. 254, 27. 7. Philop. in anal. II fol. 5. Boetius p. 378, 7.
prop. I. Alexander Aphrod. in anal. I fol. 8r, in top. p. 11. Themistius phys. paraphr. fol. 35v. Simplicius in phys. fol. 119. Proclus p. 102, 14. 223, 22, Philop. in anal. II fol. 4v. Martianus Capella VI, 724. Boetius p. 380, 2 [p. 390, 6—25]. Proclus p. 208—10 liberius proposit. repetit totam.

---

1. *ἀξιώματα* Proclus p. 193. *κοιν. ἐνν. αἵδε* BFV. numeros om. PBF. 3. *ἴσα ἴσοις* Proclus. *ἴσα ἐστίν* Proclus. 4. *ἀπὸ ἴσων ἴσα*] *ἴσων* Proclus. 5. *ἴσα ἐστίν* Proclus. *αἴτ.* 4 ex commentario Pappi irrepsisse uidetur; u. Proclus

## Communes animi conceptiones.

I. Quae eidem aequalia sunt, etiam inter se aequalia sunt.

II. Et, si aequalibus aequalia adduntur, tota aequalia sunt.

III. Et, si ab aequalibus aequalia subtrahuntur, reliqua sunt aequalia.

VII. Et quae inter se congruunt, aequalia sunt.

VIII. Et totum parte maius est.

## I.

In data recta terminata triangulum aequilaterum construere.

Sit data recta terminata $AB$. oportet igitur in recta $AB$ terminata triangulum aequilaterum construere.

centro $A$ et radio $AB$ circulus describatur $B\Gamma\Delta$,

---

p. 197, 6 sq.; in omnibus codicibus legitur; quare iam ante Theonem receptum erat (P); om. Martianus Capella et Boetius. Ante *αἴτ.* 5 uulgo in codd. et edd. legitur: *καὶ ἐὰν ἀπὸ ἀνίσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ λοιπά ἐστιν ἄνισα*; om. B, mg. Fb, in ras. postea additum p; non agnoscunt Proclus (cfr. p. 198, 3), Capella, Boetius. *αἴτ.* 5—6 reiicit Proclus p. 196, 25, om. Capella et Boetius. *αἴτ.* 7—8 permutat Proclus p. 193, qui ea diserte contra Heronem sola *αἴτ.* 1—3 agnoscentem Euclidi uindicat p. 196, 17; om. Capella; *αἴτ.* 8 etiam Boetius om. *αἴτ.* 9 om. Capella, Boetius, Proclus, qui diserte id improbat p. 184, 8. 196, 23. Hoc loco habent Vbp; cfr. Philop. ad phys. fol. 10; *καὶ δύο εὐθείας χωρίον μὴ περιέχειν* B; de ceteris u. ad p. 8, 19. 8. *ἐστίν*] PF, *ἐστί* uulgo; comp. b; item lin. 9. 10. 10. *ἐπ' ἄλληλα*] om. Proclus. *ἐστίν*] *εἰσί* B. 11. *ἐστίν*] om. Proclus; comp. b; ///*αι* F, *εἶναι* P. 17. *εὐθείας*] om. BFbp. *εὐθείας πεπερασμένης* P. 19. *μέν*] om. bp. *καὶ διαστήματι* Bp. *δέ* om. BFbp.

*γεγράφθω ὁ ΒΓΔ, καὶ πάλιν κέντρῳ μὲν τῷ Β διαστήματι δὲ τῷ ΒΑ κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΓΕ, καὶ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου, καθ' ὃ τέμνουσιν ἀλλήλους οἱ κύκλοι, ἐπὶ τὰ Α, Β σημεῖα ἐπεζεύχθωσαν εὐθεῖαι αἱ ΓΑ, ΓΒ.*

*Καὶ ἐπεὶ τὸ Α σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΔΒ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ· πάλιν, ἐπεὶ τὸ Β σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΑΕ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΒΑ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΓΑ τῇ ΑΒ ἴση· ἑκατέρα ἄρα τῶν ΓΑ, ΓΒ τῇ ΑΒ ἐστιν ἴση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἡ ΓΑ ἄρα τῇ ΓΒ ἐστιν ἴση· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΓΑ, ΑΒ, ΒΓ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.*

*ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον. καὶ συνέσταται ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τῆς ΑΒ.*

*[Ἐπὶ τῆς δοθείσης ἄρα εὐθείας πεπερασμένης τρίγωνον ἰσόπλευρον συνέσταται] ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.*

## β'.

*Πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.*

*Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ Α, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΒΓ· δεῖ δὴ πρὸς τῷ Α σημείῳ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΒΓ ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.*

*Ἐπεζεύχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Α σημείου ἐπὶ τὸ Β σημεῖον εὐθεῖα ἡ ΑΒ, καὶ συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΔΑΒ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ'*

---

II. Archimedes I p. 14, 1. Boetius p. 380, 3 [p. 391].

---

1. *ΒΓΔ*] P, V m. 1; *ΓΔΒ* Fbp, V e corr.; *ΓΒΔ* in ras. B. *μέν*] om. b. *τῷ*] *τό* φ. 2. *ΑΓΕ*] P, V m. 1; *ΓΑΕ* BFbp, V e corr. 6. Post *Α* ras. 10 litt. b. *ἐστίν* P. *ΓΔΒ*] *Δ* in




et rursus centro $B$ radio autem $BA$ circulus describatur $A\Gamma E$, et a puncto $\Gamma$, in quo circuli inter se secant, ad puncta $A$, $B$ ducantur rectae $\Gamma A$, $\Gamma B$.

iam quoniam punctum $A$ centrum est circuli $\Gamma\Delta B$, erit $A\Gamma = AB$. rursus quoniam $B$ punctum centrum est circuli $\Gamma AE$, est $B\Gamma = BA$. sed demonstratum est etiam $\Gamma A = AB$. quare utraque $\Gamma A$, $\Gamma B$ rectae $AB$ aequalis est. quae autem eidem aequalia sunt, etiam inter se aequalia sunt [κ. ἔνν. 1]. itaque etiam $\Gamma A = \Gamma B$. itaque $\Gamma A$, $AB$, $B\Gamma$ aequales sunt. quare triangulus $AB\Gamma$ aequilaterus est; et in data recta terminata $AB$ constructus est. quod oportebat fieri.

## II.

Ad datum punctum datae rectae aequalem rectam constituere.

Sit datum punctum $A$, data autem recta $B\Gamma$. oportet igitur ad punctum $A$ datae rectae $B\Gamma$ aequalem rectam constituere.

ducatur enim a puncto $A$ ad $B$ punctum recta $AB$ [αἴτ. 1], et in ea construatur triangulus aequilaterus $\Delta AB$ [prop. I], et producantur in directum rectae

ras. est in V, $\Delta B$ in B; $B\Gamma\Delta$ P. 7. ἔστιν ἴση BF. 8. ἐστίν P. $\Gamma AE$] in ras. B, $A\Gamma E$ P. 12. ἴση ἐστίν V. $AB$] $\Gamma B$ φ. 14. ἐστίν P. συνίσταται PBV (in b non liquet). 16. ἐπὶ τῆς — 17. συνέσταται om. codd. omnes; e Proclo solo p. 210 recepit August; uix genuina sunt. 22. τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ] P; om. Theon (BFVpb). 23. $B\Gamma$ εὐθείᾳ V. 24. γάρ] om. F. 26. $\Delta AB$] eras. F. Ante ἐκβεβλ. in V add. supra: προσ-.

εὐθείας ταῖς ΔΑ, ΔΒ εὐθεῖαι αἱ ΑΕ, ΒΖ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Β διαστήματι δὲ τῷ ΒΓ κύκλος γεγράφθω ὁ ΓΗΘ, καὶ πάλιν κέντρῳ τῷ Δ καὶ διαστήματι τῷ ΔΗ κύκλος γεγράφθω ὁ ΗΚΛ.

Ἐπεὶ οὖν τὸ Β σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΗΘ, ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΒΗ. πάλιν, ἐπεὶ τὸ Δ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΗΚΛ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΔΛ τῇ ΔΗ, ὧν ἡ ΔΑ τῇ ΔΒ ἴση ἐστίν. λοιπὴ ἄρα ἡ ΑΛ λοιπῇ τῇ ΒΗ ἐστιν ἴση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΒΗ ἴση· ἑκατέρα ἄρα τῶν ΑΛ, ΒΓ τῇ ΒΗ ἐστιν ἴση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἡ ΑΛ ἄρα τῇ ΒΓ ἐστιν ἴση.

Πρὸς ἄρα τῷ δοθέντι σημείῳ τῷ Α τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΒΓ ἴση εὐθεῖα κεῖται ἡ ΑΛ· ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

## γ΄.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων ἀπὸ τῆς μείζονος τῇ ἐλάσσονι ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ ΑΒ, Γ, ὧν μείζων ἔστω ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ Γ ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

Κείσθω πρὸς τῷ Α σημείῳ τῇ Γ εὐθείᾳ ἴση ἡ ΑΔ· καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Α διαστήματι δὲ τῷ ΑΔ κύκλος γεγράφθω ὁ ΔΕΖ.

---

III. Boetius p. 380, 5 [p. 392].

---

1. εὐθείας FV. 3. κέντρῳ μέν V. τῷ] bis B (in fine et initio linn.). καὶ διαστήματι] διαστήματι δέ V. 5. ΓΗΘ κύκλου BFV, P m. rec. 6. ΒΓ] ΓΒ F. καὶ πάλιν V; πάλιν δέ (supra) p. 7. ἐστίν P. 8. ἐστίν] PF; ἐστι uulgo. 9. τῇ] om. b. 10. τῇ ΒΗ] (alt.) supra b. 11. ἴσα] (alt.) -α in ras. P. 12. ΒΓ] ΓΒ F. 13. Ante πρός ras. unius litt. b. 18. ἐλάττονι BF. εὐθεῖαν] om. Proclus. 19. δύο] om. F. ἄνισοι] ἀν- supra m. 1 F. 20. Post Γ ras. 1 litt.

$\Delta A$, $\Delta B$, ut fiant $AE$, $BZ$, et centro $B$ radio autem $B\Gamma$ circulus describatur [αἰτ. 2] $\Gamma H\Theta$, et rursus centro $\Delta$ radio autem $\Delta H$ circulus describatur $HK\Lambda$.

iam quoniam B punctum centrum est circuli $\Gamma H\Theta$,




erit $B\Gamma = BH$. rursus quoniam $\Delta$ punctum centrum est circuli $HK\Lambda$, erit

$$\Delta\Lambda = \Delta H,$$

quarum partes $\Delta A$, $\Delta B$ aequales. itaque $A\Lambda = BH$ [κ. ἔνν. 3]. sed demonstratum est $B\Gamma = BH$. itaque utraque $A\Lambda$, $B\Gamma$ rectae $BH$ aequalis est. uerum quae eidem aequalia sunt, etiam inter se aequalia sunt [κ. ἔνν. 1]. ergo etiam $A\Lambda = B\Gamma$.

Ergo ad datum punctum $A$ datae rectae $B\Gamma$ aequalis constituta est recta $A\Lambda$; quod oportebat fieri.

## III.

Datis duabus rectis inaequalibus rectam minori aequalem a maiore abscindere.

Sint duae datae rectae inaequales $AB$, $\Gamma$, quarum




maior sit $AB$. oportet igitur a maiore $AB$ minori $\Gamma$ aequalem rectam abscindere. constituatur ad $A$ punctum rectae $\Gamma$ aequalis $A\Delta$ [propr. II], et centro $A$ radio autem $A\Delta$ describatur circulus $\Delta EZ$ [αἰτ. 2].

P, ut lin. 21. 22. 22. Post κείσθω in P supra scr. m. 1 γάρ, idem V mg. 23. $A\Delta$] (alt.) in ras. V; utrumque corr. ex $AE$ P m. rec. 24. $\Delta EZ$] ex $EZI$ P m. rec.; $ZE\Delta$ B.

*Καὶ ἐπεὶ τὸ Α σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΔΕΖ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΑΕ τῇ ΑΔ· ἀλλὰ καὶ ἡ Γ τῇ ΑΔ ἐστιν ἴση. ἑκατέρα ἄρα τῶν ΑΕ, Γ τῇ ΑΔ ἐστιν ἴση· ὥστε καὶ ἡ ΑΕ τῇ Γ ἐστιν ἴση.*

*Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων τῶν ΑΒ, Γ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ Γ ἴση ἀφῄρηται ἡ ΑΕ· ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.*

δ'.

*Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρᾳ καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην, καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν.*

*Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα ἑκατέραν ἑκατέρᾳ τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ καὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴσην. λέγω, ὅτι καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴση ἐστίν, καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.*

*Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ*

---

IV. Schol. in Pappum III p. 1183, 32. Boetius p. 380, 7.

---

1—7. Multas litt. fig. in ras. P m. rec., ut supra. 4. ἡ]

Et quoniam punctum $A$ centrum est circuli $\varDelta EZ$, est $AE = A\varDelta$; uerum etiam $\Gamma = A\varDelta$. itaque utraque $AE$, $\Gamma$ rectae $A\varDelta$ aequalis est; ergo etiam $AE = \Gamma$.

Ergo datis duabus rectis inaequalibus $AB$, $\Gamma$ a maiore $AB$ minori $\Gamma$ aequalis abscisa est $AE$; quod oportebat fieri.

## IV.

Si duo trianguli duo latera duobus lateribus alterum alteri aequalia habent et angulos rectis aequalibus comprehensos aequales, etiam basim basi aequalem habebunt, et triangulus triangulo aequalis erit, et reliqui anguli reliquis aequales alter alteri, ii scilicet, sub quibus aequalia latera subtendunt.

Sint duo trianguli $AB\Gamma$, $\varDelta EZ$ duo latera $AB$, $A\Gamma$ duobus lateribus $\varDelta E$, $\varDelta Z$ aequalia habentes alterum alteri,




$$AB = \varDelta E \text{ et } A\Gamma = \varDelta Z,$$

et $\angle\, BA\Gamma = E\varDelta Z$. dico, etiam esse $B\Gamma = EZ$ et $\triangle\, AB\Gamma = \varDelta EZ$, et reliquos angulos reliquis, alterum alteri, aequales, sub quibus aequalia latera subtendant, $\angle\, AB\Gamma = \varDelta EZ$ et $A\Gamma B = \varDelta ZE$.

Nam si triangulum $AB\Gamma$ triangulo $\varDelta EZ$ adpli-

---

sertum m. 1 b. 6. $AB$] $B$ supra scriptum m. 1 b. 9. *ταῖς*] om. Pp; supra b. 10. *ἔχει* (scr. *ἔχῃ*) *δὲ καὶ γωνίαν γωνίᾳ ἴσην* Proclus, *τὴν μίαν γωνίαν τῇ μιᾷ γωνίᾳ* BF. 12. *εὐθειῶν*] *πλευρῶν* Proclus. 15. *ἑκατέρα ἑκατέρᾳ*] om. Proclus. *ὑφ'*] *ἐφ'* b. *αἵ*] om. V. 18. *δυσί* V. 19. *ἔχοντι* φ. 20. *καί*] comp. supra F. $BA\Gamma$] $AB\Gamma$ F, sed $AB$ eras. 21. $E\varDelta Z$] $E\varDelta$ eras. F. 22. *ἐστί* V. 24. *ὑφ'*] sic b m. 1, sed supra *ἐφ'*.

ΔΕΖ τρίγωνον καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν Α σημείου ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον τῆς δὲ ΑΒ εὐθείας ἐπὶ τὴν ΔΕ, ἐφαρμόσει καὶ τὸ Β σημεῖον ἐπὶ τὸ Ε διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΑΒ τῇ ΔΕ· ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς ΑΒ ἐπὶ τὴν ΔΕ ἐφαρμόσει καὶ ἡ ΑΓ εὐθεῖα ἐπὶ τὴν ΔΖ διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΕΔΖ· ὥστε καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ σημεῖον ἐφαρμόσει διὰ τὸ ἴσην πάλιν εἶναι τὴν ΑΓ τῇ ΔΖ. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφηρμόκει· ὥστε βάσις ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν ΕΖ ἐφαρμόσει. εἰ γὰρ τοῦ μὲν Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφαρμόσαντος τοῦ δὲ Γ ἐπὶ τὸ Ζ ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν ΕΖ οὐκ ἐφαρμόσει, δύο εὐθεῖαι χωρίον περιέξουσιν· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. ἐφαρμόσει ἄρα ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν ΕΖ καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται· ὥστε καὶ ὅλον τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ἐπὶ ὅλον τὸ ΔΕΖ τρίγωνον ἐφαρμόσει καὶ ἴσον αὐτῷ ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ἐπὶ τὰς λοιπὰς γωνίας ἐφαρμόσουσι καὶ ἴσαι αὐταῖς ἔσονται, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δύο πλευραῖς ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρᾳ καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην, καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

---

1. προστιθεμένου V, sed προσ- punctis del. μέν] supra m. 1 F. 2. Δ] in ras. b. τήν] τῇ p. 4. δή] FVbp; δέ PB; cfr. prop. 8. 6. ΒΑΓ] post ras. V; ΑΒΓ B. ΕΔΖ] ΔΕΖ B. 8. εἶναι πάλιν B. 9. ἐφαρμόσει b. 13. ἐστίν] om. V. 16. ταῖς λοιπαῖς γωνίαις BF. 17. ἐφαρμόσουσιν P. αὐταῖς] ἀλλήλαις F. 19. δύο] (alt.) β F.

cuerimus et punctum $A$ in $\Delta$ puncto posuerimus, rectam autem $AB$ in $\Delta E$, etiam $B$ punctum in $E$ cadet, quia $AB = \Delta E$. adplicata iam $AB$ rectae $\Delta E$ etiam $A\Gamma$ recta cum $\Delta Z$ congruet, quia $\angle B A \Gamma = E \Delta Z$. quare etiam punctum $\Gamma$ in $Z$ punctum cadet, quia rursus $A\Gamma = \Delta Z$. uerum etiam $B$ in $E$ ceciderat; quare basis $B\Gamma$ in basim $EZ$ cadet. nam, cum $B$ in $E$, $\Gamma$ uero in $Z$ ceciderit, si ita basis $B\Gamma$ cum $EZ$ non congruet, duae rectae spatium comprehendent; quod fieri non potest [κ. ἔνν. 9]. itaque basis $B\Gamma$ cum $EZ$ congruet et aequalis ei erit [κ. ἔνν. 7]. quare etiam totus triangulus $AB\Gamma$ cum toto triangulo $\Delta EZ$ congruet et ei aequalis erit, et reliqui anguli cum reliquis congruent et aequales iis erunt, $\angle AB\Gamma = \Delta EZ$ et $\angle A\Gamma B = \Delta ZE$.

Ergo si duo trianguli duo latera duobus lateribus alterum alteri aequalia habent et angulos rectis aequalibus comprehensos aequales, etiam basim basi aequalem habebunt, et triangulus triangulo aequalis erit, et reliqui anguli reliquis aequales alter alteri, ii scilicet, sub quibus aequalia latera subtendunt; quod erat demonstrandum.

---

ταῖς] om. Pbp. δυσί V; in p δύο πλευραῖς deleta sunt m. 1. 22. ἕξει ἴσην BF. 25. ὑφ'] corr. in ἐφ' m. 1 b. ὑφ' ἃς — ὑποτείνουσιν] mg. m. 1 P.

ε΄.

*Τῶν ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν, καὶ προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.*

*Ἔστω τρίγωνον ἰσοσκελὲς τὸ ΑΒΓ ἴσην ἔχον τὴν ΑΒ πλευρὰν τῇ ΑΓ πλευρᾷ; καὶ προσεκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ταῖς ΑΒ, ΑΓ εὐθεῖαι αἱ ΒΔ, ΓΕ· λέγω, ὅτι ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἴση ἐστίν, ἡ δὲ ὑπὸ ΓΒΔ τῇ ὑπὸ ΒΓΕ.*

*εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τῆς ΒΔ τυχὸν σημεῖον τὸ Ζ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΕ τῇ ἐλάσσονι τῇ ΑΖ ἴση ἡ ΑΗ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΓ, ΗΒ εὐθεῖαι.*

*ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΖ τῇ ΑΗ ἡ δὲ ΑΒ τῇ ΑΓ, δύο δὴ αἱ ΖΑ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΗΑ, ΑΒ ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ· καὶ γωνίαν κοινὴν περιέχουσι τὴν ὑπὸ ΖΑΗ· βάσις ἄρα ἡ ΖΓ βάσει τῇ ΗΒ ἴση ἐστίν, καὶ τὸ ΑΖΓ τρίγωνον τῷ ΑΗΒ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΓΖ τῇ ὑπὸ ΑΒΗ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΖΓ τῇ ὑπὸ ΑΗΒ. καὶ ἐπεὶ ὅλη ἡ ΑΖ ὅλῃ τῇ ΑΗ ἐστιν ἴση, ὧν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ ἐστιν ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΖ λοιπῇ τῇ ΓΗ ἐστιν ἴση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΖΓ τῇ ΗΒ ἴση· δύο δὴ αἱ ΒΖ, ΖΓ δυσὶ ταῖς ΓΗ, ΗΒ*

---

2. *πρός*] *πρό* b, sed corr. m. 1. 3. *ἀλλήλαις*] om. Proclus. *εἰσίν*] P, Proclus, comp. b; *εἰσί* uulgo. 5. *ἀλλήλαις*] om. Proclus. *ἔσονται*] *εἰσί* Proclus. 7. *πλευρᾷ*] *πλευρὰν* φ. 8. *εὐθείας*] *εὐθείαις* B. 9. *ΑΓΒ*] *ΑΒΓ* F. 10. *ΓΒΔ ἴση ἐστί* p et V m. recentissima. 17. *περιέχουσιν*

## V.

In triangulis aequicruriis anguli ad basim positi inter se aequales sunt, et productis rectis aequalibus anguli sub basi positi inter se aequales erunt.

Sit triangulus aequicrurius $AB\Gamma$ habens $AB = A\Gamma$, et producantur $AB$, $A\Gamma$ in directum, ut fiant $B\Delta$, $\Gamma E$. dico, esse

$$\angle AB\Gamma = A\Gamma B$$

et $\angle \Gamma B\Delta = B\Gamma E$.



Sumatur enim in $B\Delta$ quoduis punctum $Z$, et a maiore $AE$ minori $AZ$ aequalis abscindatur $AH$ [prop. III], et ducantur $Z\Gamma$, $HB$ rectae.

iam quoniam $AZ = AH$ et $AB = A\Gamma$, duae rectae $ZA$, $A\Gamma$ duabus $HA$, $AB$ aequales sunt altera alteri; et angulum communem comprehendunt $ZAH$. itaque $Z\Gamma = HB$ et $\triangle AZ\Gamma = AHB$, et reliqui anguli reliquis aequales erunt alter alteri, sub quibus aequalia latera subtendunt [prop. IV], $\angle A\Gamma Z = ABH$ et $\angle AZ\Gamma = AHB$. et quoniam $AZ = AH$, quarum partes $AB$, $A\Gamma$ aequales, erit $BZ = \Gamma H$ [κ. ἔνν. 3]. sed demonstratum est etiam $Z\Gamma = HB$. itaque duae rectae $BZ$, $Z\Gamma$ duabus $\Gamma H$, $HB$ aequales sunt altera alteri; et $\angle BZ\Gamma = \Gamma HB$ et basis eorum communis

V. Simplicius in phys. fol. 14[v]. Boetius p. 380, 13—15, ubi sic fere scribendum: si triangulus aequalia latera habeat, qui ad eius basim anguli sunt, aequales alter alteri sunt, et aequalibus lineis [productis] et sub basi eius anguli aequales utrimque erunt.

PVp. 19. ἐστίν] PF, comp. b; ἐστί uulgo. 25. Ante $BZ$ ras. est unius litt. in V. 26. $HB$] $BH$ V, corr. m. 2. δυσί] e corr. V.

ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ· καὶ γωνία ἡ ὑπὸ *ΒΖΓ* γωνίᾳ τῇ ὑπὸ *ΓΗΒ* ἴση, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ *ΒΓ*· καὶ τὸ *ΒΖΓ* ἄρα τρίγωνον τῷ *ΓΗΒ* τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ *ΖΒΓ* τῇ ὑπὸ *ΗΓΒ* ἡ δὲ ὑπὸ *ΒΓΖ* τῇ ὑπὸ *ΓΒΗ*. ἐπεὶ οὖν ὅλη ἡ ὑπὸ *ΑΒΗ* γωνία ὅλῃ τῇ ὑπὸ *ΑΓΖ* γωνίᾳ ἐδείχθη ἴση, ὧν ἡ ὑπὸ *ΓΒΗ* τῇ ὑπὸ *ΒΓΖ* ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ *ΑΒΓ* λοιπῇ τῇ ὑπὸ *ΑΓΒ* ἐστιν ἴση· καί εἰσι πρὸς τῇ βάσει τοῦ *ΑΒΓ* τριγώνου. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ *ΖΒΓ* τῇ ὑπὸ *ΗΓΒ* ἴση· καί εἰσιν ὑπὸ τὴν βάσιν.

Τῶν ἄρα ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν, καὶ προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## ϛ΄.

Ἐὰν τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσιν, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

Ἔστω τρίγωνον τὸ *ΑΒΓ* ἴσην ἔχον τὴν ὑπὸ *ΑΒΓ* γωνίαν τῇ ὑπὸ *ΑΓΒ* γωνίᾳ· λέγω, ὅτι καὶ πλευρὰ ἡ *ΑΒ* πλευρᾷ τῇ *ΑΓ* ἐστιν ἴση.

εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ *ΑΒ* τῇ *ΑΓ*, ἡ ἑτέρα αὐτῶν μείζων ἐστίν. ἔστω μείζων ἡ *ΑΒ*, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς *ΑΒ* τῇ ἐλάττονι τῇ *ΑΓ* ἴση ἡ *ΔΒ*, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ *ΔΓ*.

6. ἐστὶν ἄρα V. *ΖΒΓ*] in ras. V. 7. *ΗΓΒ*] corr. ex *ΓΗΒ* V. 9. ἴση] (alt.) ἐστιν ἴση V e corr. 10. ὑπό] (alt.)

$B\Gamma$. itaque etiam $\triangle B Z \Gamma = \Gamma H B$, et reliqui anguli reliquis aequales erunt alter alteri, sub quibus aequalia latera subtendunt. itaque $\angle Z B \Gamma = H \Gamma B$ et $B \Gamma Z = \Gamma B H$ [prop. IV]. iam quoniam $\angle A B H = A \Gamma Z$, ut demonstratum est, quorum partes $\Gamma B H$, $B \Gamma Z$ aequales, erit $\angle A B \Gamma = A \Gamma B$ [*κ. ἔνν.* 3]. et sunt ad basim positi trianguli $A B \Gamma$. uerum etiam demonstratum est $\angle Z B \Gamma = H \Gamma B$; et sub basi sunt.

Ergo in triangulis aequicruriis anguli ad basim positi inter se aequales sunt, et productis rectis aequalibus anguli sub basi positi inter se aequales erunt; quod erat demonstrandum.

## VI.

Si in triangulo duo anguli inter se aequales sunt, etiam latera sub aequalibus angulis subtendentia inter se aequalia erunt.

Sit triangulus $A B \Gamma$ habens $\angle A B \Gamma = A \Gamma B$. dico, esse etiam $A B = A \Gamma$.




Si enim $A B$ rectae $A \Gamma$ inaequalis est, alterutra earum maior est. sit $A B$ maior, et a maiore $A B$ minori $A \Gamma$ aequalis abscindatur $\Delta B$ [prop. III], et ducatur $\Delta \Gamma$.

VI. Boetius p. 380, 15.

supra m. 1 B. *ἴση ἐστίν* F; *ἴση ἐστί* B. *εἰσιν* P. 11. $A B \Gamma$] $A \Gamma B$ B. 12. $H \Gamma B$] e corr. V. 15. *εἰσίν*] PF; comp. b; *εἰσί* uulgo. *προσεκβληθεισῶν* P. 19. *ἀλλήλαις*] om. Proclus. 20. *ὦσιν*] Proclus, PF; *ὦσι* uulgo. *αἱ*] om. F. 21. *ἀλλήλαις*] om. Proclus. *ἔσονται*] *εἰσί* Proclus. 25. *ἡ ἑτέρα*] *μία* in ras. 6 litt. P m. recent., *ἑτέρα* p et b m. 1 (*ἡ* supra insertum). 27. *ἐλάσσονι* BFV.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ $\varDelta B$ τῇ $A\Gamma$ κοινὴ δὲ ἡ $B\Gamma$, δύο δὴ αἱ $\varDelta B$, $B\Gamma$ δύο ταῖς $A\Gamma$, $\Gamma B$ ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ $\varDelta B\Gamma$ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ $A\Gamma B$ ἐστιν ἴση· βάσις ἄρα ἡ $\varDelta\Gamma$ βάσει τῇ $AB$ ἴση ἐστίν, καὶ τὸ $\varDelta B\Gamma$ τρίγωνον τῷ $A\Gamma B$ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, τὸ ἔλασσον τῷ μείζονι· ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ $AB$ τῇ $A\Gamma$· ἴση ἄρα.

Ἐὰν ἄρα τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσιν, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## ζ'.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύο ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ οὐ συσταθήσονται πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις.

Εἰ γὰρ δυνατόν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς $AB$ δύο ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ταῖς $A\Gamma$, $\Gamma B$ ἄλλαι δύο εὐθεῖαι αἱ $A\varDelta$, $\varDelta B$ ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ συνεστάτωσαν πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ τῷ τε $\Gamma$ καὶ $\varDelta$ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν μὲν $\Gamma A$ τῇ $\varDelta A$ τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν αὐτῇ τὸ $A$, τὴν δὲ $\Gamma B$ τῇ $\varDelta B$ τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν αὐτῇ τὸ $B$, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ $\Gamma\varDelta$.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ $A\Gamma$ τῇ $A\varDelta$, ἴση ἐστὶ καὶ

2. δυσί V. 3. καί] bis B (in fine et init. linn.). Post $\varDelta B\Gamma$ ras. 3 litt. F. 4. $A\Gamma B$] $AB\Gamma$, sed B in ras. F. 5. $\varDelta B\Gamma$] corr. ex $AB\Gamma$ V; $AB\Gamma$ b. $A\Gamma B$] corr. ex $\varDelta\Gamma B$ V; in ras. B; $\varDelta\Gamma B$ b. 6. ἔλαττον B. 7. ἄνισος] supra m. 2, in textu μείζων m. rec. in ras. P. 9. ὦσιν] PF; ὦσι uulgo. αἱ] supra P. 12. δυσί V. Post ταῖς ras. 5 litt. P. 14. οὐ σταθήσονται (scr. συσταθ.) ἑκατέρα ἑκατέρᾳ Pro-

iam cum $\Delta B = A\Gamma$, et $B\Gamma$ communis sit, duae rectae $\Delta B$, $B\Gamma$ duabus $A\Gamma$, $\Gamma B$ aequales sunt altera alteri, et $\angle\, \Delta B\Gamma = A\Gamma B$. itaque $\Delta\Gamma = AB$ et $\triangle\, \Delta B\Gamma = A\Gamma B$ [prop. IV], minus maiori; quod absurdum est [*κ. ἔνν.* 8]. itaque $AB$ rectae $A\Gamma$ inaequalis non est; aequalis igitur.

Ergo si in triangulo duo anguli inter se aequales sunt, etiam latera sub aequalibus angulis subtendentia inter se aequalia erunt; quod erat demonstrandum.

## VII.

In eadem recta iisdem duabus rectis aliae duae rectae aequales altera alteri non constituentur ad aliud atque aliud punctum ad eandem partem eosdem terminos, quos priores rectae, habentes.

Nam si fieri potest, in eadem recta $AB$ duabus iisdem rectis $A\Gamma$, $\Gamma B$ aliae duae rectae $A\Delta$, $\Delta B$ aequales altera alteri constituantur ad aliud atque aliud punctum $\Gamma$ et $\Delta$ ad eandem partem eosdem terminos habentes, ita ut $\Gamma A = \Delta A$, quacum terminum habet communem $A$, et $\Gamma B = \Delta B$, quacum terminum habet communem $B$, et ducatur $\Gamma\Delta$.




Iam quoniam $A\Gamma = A\Delta$, etiam $\angle\, A\Gamma\Delta = A\Delta\Gamma$

VII. Boetius p. 380, 19.

clus. 19. *αἱ*] om. P. *συνεστάτωσαν*] corr. ex *συνέστωσαν* B. 21. Post *μέρη* add. *τὰ* $\Gamma$, $\Delta$ P m. rec., mg. m. 2 FVp. Post *ἔχουσαι* in P m. rec., Vp m. 2 add. *τὰ* $A$, $B$; in FB add. *ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις*; in F praeterea m. 2: *ἤτοι τὰ* $A$, $B$ (post *εὐθείαις*). 22. $\Delta A$] $A\Delta$ BF. 24. $\Gamma\Delta$] $\Delta\Gamma$ BF. 25. *ἴση*] postea add. P. Post $A\Gamma$ add. *εὐθεῖα* P m. rec. *ἐστίν* P.

*γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ τῇ ὑπὸ ΑΔΓ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΔΓ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ· πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΔΒ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΔΒ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΓΔΒ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΓΒ. ἐδείχθη δὲ αὐτῆς καὶ πολλῷ μείζων· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον.*

*Οὐκ ἄρα ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύο ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ συσταθήσονται πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.*

## η'.

*Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δύο πλευραῖς ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, ἔχῃ δὲ καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἕξει τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην.*

*Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δύο πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ· ἐχέτω δὲ καὶ βάσιν τὴν ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴσην· λέγω, ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἐστιν ἴση.*

*Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ ΔΕΖ τρίγωνον καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν Β σημείου ἐπὶ τὸ Ε σημεῖον τῆς δὲ ΒΓ εὐθείας ἐπὶ τὴν ΕΖ ἐφαρμόσει καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΒΓ τῇ ΕΖ· ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς ΒΓ ἐπὶ τὴν ΕΖ*

---

2. *τῆς*] corr. ex *τῇ* P. 3. *ΓΒ*] e corr. V; *ΒΓ* BF. 4. *ἐστίν* P. *ΓΔΒ*] *ΒΔΓ* p. 5. *ΔΓΒ*] *ΒΓΔ* p. 13. *ταῖς*

[prop. V]. quare $\angle A\varDelta\varGamma > \varDelta\varGamma B$ [$\varkappa$. ἐνν. 8]. itaque multo magis $\angle\ \varGamma\varDelta B > \varDelta\varGamma B$ [id.]. rursus quoniam $\varGamma B = \varDelta B$, erit $\angle\ \varGamma\varDelta B = \varDelta\varGamma B$ [prop. V]. sed demonstratum est, eundem multo maiorem esse; quod fieri non potest.

Ergo in eadem recta iisdem duabus rectis aliae duae rectae aequales altera alteri non constituentur ad aliud atque aliud punctum ad eandem partem eosdem terminos, quos priores rectae, habentes; quod erat demonstrandum.

## VIII.

Si duo trianguli duo latera duobus lateribus aequalia habent alterum alteri et praeterea basim basi aequalem habent, etiam angulos aequalibus rectis comprehensos aequales habebunt.




Sint duo trianguli $AB\varGamma, \varDelta EZ$ duo latera $AB$, $A\varGamma$ duobus lateribus $\varDelta E$, $\varDelta Z$ aequalia habentes alterum alteri,

$$AB = \varDelta E \text{ et } A\varGamma = \varDelta Z,$$

et praeterea habeant $B\varGamma = EZ$. dico, etiam esse $\angle\ BA\varGamma = E\varDelta Z$.

nam triangulo $AB\varGamma$ ad triangulum $\varDelta EZ$ adplicato et puncto $B$ in $E$ puncto posito recta autem $B\varGamma$ in $EZ$ etiam $\varGamma$ punctum in $Z$ cadet, quia $B\varGamma = EZ$. adplicata iam $B\varGamma$ rectae $EZ$ etiam $BA$, $\varGamma A$ cum $E\varDelta$,

VIII. Boetius p. 380, 24.

δυσί V. 14. ἔχῃ δέ] om. Proclus. 19. τάς] om. Pbp. δυσί V. 21. $B\varGamma$] $A\varGamma$ F, sed $A$ eras. 25. τοῦ μέν] μὲν τοῦ B. 29. δή] δέ Bb. ἐπί] in ras. m. 1 P.

